



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jus Canonicvm R.P. Pavli Laymanni, Soc: Jesu Theologi, Et
Olim In Alma Et Episcopali Academia Dilingana SS.
Canonum Ordinarii Professoris**

Laymann, Paul

Dilingæ, 1666

Titvlvs XVIII. De Servis Non Ordinandis, Et Eorvm Manvmissione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62559](#)

sequendum, tunc uno dimisso alius conse-
qui poterit, ut bene hic distinguunt Domini-
nici de Geminiana & Anchoranus.

CAPITVLVM II.

Si is.

PARAPHRASIS.

Titius illegitimi natus impetraverat à Papa dispensationem ad omnes ordines, & beneficium, etiam curatum consequendum. Postea aliam dispensationem obtinuit, ut liceat ipsi duo, aut plura beneficia curata habere, nulla facta mentione defectus natalium; hoc casu ait Pontifex Bonifac. VIII. posteriorem dispensationem subreptitiam, & nullius momenti esse: Quia verisimile non est, Pontificem eam concessurum fuisse, si natalium defectus expressus fuisse.

S V M M A R I V M.

1. Dispensatio super impedimentoo restrin-
gitur ad tenorem postulationis.
2. Dispensatio Papalis facta ex motu pro-
prio, seu ex certa scientia, non requirit,
ut totum impedimentum exprimatur
in literis.

Pro confirmatione huius responsi in pri-
mis repetendum est, quod dixi præced.
c. & notat hinc Anchoranus: Lieet legitimia-
tus à Principe, alia iura ac priuilegia conse-
qui possit, tametsi defectum natalium subf-
ceat; cùm is per legitimationem sublatus sit:
secus tamen est in dispensato ad certum ef-
fectum, v. g. vnum beneficium curatum ac-
cipiendum: Is enim nihilominus illegitimus
manet; consequenter in impretratione nouæ
gratiæ, quæ illegitimis non facile concedi
folet, debet defectum natalium iterum ex-
plicare. Deinde aduertendum est ex Lappo
c. 1. n. 6. hoc tit. & lib. Si Papa ad alicuius
petitione dispenset super impedimentoo, tum
dispensatio restringitur ad ea, quæ à postu-
lante proposita sunt; consequenter si totum
impedimentum non est expressum, dispen-
satio non valet; cùm personam non omnino
habilem faciat. Sicuti apparet in casu huius
c. Siquidem Titius ad obtainendum alterum
curatum habet duo impedimenta; videl.
quodrum iam habeat & removere velit; &
quod natalium defectu laboret: quare v-
trunque in petitione explicare debet.

Sin autem Papa motu proprio, seu ex cer-
ta scientia dispenseat, tunc non requiritur, ut
totum impedimentum in literis exprima-
tur; cùm sufficiat clausula generalis, non ob-
stantibus, per quam omnia impedimenta
sublata censemur, quæ Apostolica potestate
auferri possunt, ac solent.

TITVLVS XVIII.

DE SERVIS NON ORDINANDIS, ET EORVM MANVMISSIONE.

Vmma eorum, quæ hoc tit. do-
centur, in his consistit. Servi,
seu mancipia ordinari non de-
bent, nisi à dominis suis manu-
missi, seu libertate donati sunt,
c. 1. & c. 5. consuluit, hoc tit. Quare si quis

domino ignorantie in minoribus ordinatus
fuit, potuit eum sibi vendicare seu repetere,
c. 2. eod. Sin autem in sacris domino inuito
ordinatus esset, quid agendum fuerit, dixi
lib. 1. Th. mor. tr. 5. p. 5. c. 8. n. 1. & de hac re
mentio fit in c. penult. hoc tit. Interdum ve-
rò

rum manumittebat seruum, reseruatis ta men
sibi operis seu seruitijs spiritualibus, quæ
manumittenti præstare cogebantur, vti vi-
dere est c. eo libentius, eod. & c. 2. de succe-
fione ab intestato. Sed & quandoque ea re-
seruatione serui, manumissi fuerunt & in sa-
cristi ordinati, vt quidquid acquirerent, ad
ecclesiam, à qua libertatem consecuti fue-
rant, spectare deberet, c. 3. eod. Sed etsi abso-
lutè & simpliciter libertate donati fuerint,
domino obsequia, & gratitudinis vicem pre-

stare obligati erāt; ita vt dominum in iudicio
accusare prohiberentur, alioquin in seruitu-
tem reduci possent, cit. c. 3. §. Quibus. Et
in c. nullus 4. hoc tit. manumissus degradari
iubetur, si domino suo obsequij caula horas
canonicas psallere recusauerit. Denique
seruus ratione nativitatis censeri debet, qui
ex matre serua natus est, tametsi pater liber
fuerit. c. vlt. hoc tit. Nam partus sequitur
conditionem matris.

TITVLVS XIX. DE OBLIGATIS AD RATIOCINIA ORDINANDIS, VEL NON.

CAPITVLVM Vn.

Magnus.

SUMMARIUM.

1. *Obnoxij ratiocinijs, vt Syndici, officiales
seu curiales publici, & pupillorum tuto-
res, ordinari non debent, nisi deposito
munere, & redditis rationibus digni-
jicati sint.*
2. *Excipiendi tamen sunt tutores & defen-
sores personarum miserabilium, vel ta-
lium, qua auxilio ecclesia maxime indi-
gero videntur.*
3. *Vti & ij, qui legitimi suorum agnato-
rum tutores sunt.*
4. *Constitutio hac extendenda est ad ea et-
iam officia, aut negotiationes seculares,
qua in clericis non tolerantur.*



Rocurator, Syndici, Officia-
les seu curiales publici, & pu-
pillorum tutores, ordinari
non debent, nisi deposito mu-
nere, & redditis rationibus di-

gni yisi sint. Alioquin si antequam à publi-
cis eiusmodi muneribus liberi sint, in clerus
assumantur, periculum est, ne ecclesia infi-
metur. Ita statuit Concil. Carthag. 1. cap. 8.

Excipiendum est primò: Nisi quis tutor, aut
defensor constitutus sit personarū miseri-
bilium seu indefensarum, vel talium perlo-
narum, qua ecclesia auxilio maxime indi-
gero videntur. Cum enim eiusmodi mune-
ra clericis suscipere pietatis causa concessum
sit, c. 1. causa 21. q. 3. consequens est, vt ob
tale munus suscepimus à clericatu aliquis re-
pelli non debeat.

Excipiendum secundò: Qui agnatorum
suum legitiimi tutores sunt, ad ordines ad-
mitti possunt; quia etiam Clericis tales tu-
telas suscipere concessum est, vti colligatur
ex cit. c. 1. & docet Syl. ver. tutela, q. 3. &
dixi lib. 3. Th. mor. tr. 4. c. 9. n. 4.

Excipiendum tertio: Quod consuetudine
introductum sit, vt Clerici possint esse secula-
rium Principū Confiliarij, Cancellarij, imo
etiam Iudices in causis ciuilibus, non crimi-
nalibus, vti docet Suarez de cens. disp. 51. l.
3. n. 19. & dixi lib. 1. Th. mor. tr. 5. p. 5. c.
8. n. 4. Ideo ob tale munus non deber quis